

significat ac *nulla res*, & tunc minor est iterum negativa, quia sensus ejus est hic: *nulla res fit ex nihilo*:

3. O. *rationale vivit*:

Solus homo est rationalis:

E. Solus homo vivit.

Resp. Minor est *virtualiter* negativa, adeoq; in 1. figurâ nihil sequitur. Notetur ergò, *duplicem esse negationem: formalem & virtuales*. *Formalis est*, quando particula negans *Non* 1. proximè ante copulam ponitur. 2. signo, seu toti Enunciationi, quæ signum habet, præfigitur. 3. Signo ipsi includitur. *vide Logic. Hornei p. 70.* *Virtualis est*, quando Enunciatio habet virtutem negandi, & implicite negativa est ob terminos *Exclusivos*, *Exceptivos*, aliosq; qui vim negandi important, prædicatumq; certe modo & implicite à subiecto dividunt. Tales *Enunciationes negativæ sunt omnes Exclusivæ*, *Exclusi subiecti*, adeoq; etiam hujus *Sophismatis*.

4. O. *id est animal, quod est rationale*:

O. *brutum est animal*:

E. O. *brutum est rationale*.

Resp.